

De figuris lapidum, &c.

herbæ striatum, conchas striatas. Ita Dorica columna sui generis striaturæ habebit perfectionem, Vitruuius.

Strias Græci *ἰσοχᾶς* dicunt: striges verò *ἑσοχᾶς*, Germani *hofsälten*, quod caua quædam, ceu canaliculi, & fulcra facta sint. Lineæ quidem propriè dictæ latitudine carent, striæ strigesq; aliquam, perexiguam tamen sæpe habent. Res fossiles partim planæ sunt, vt lapis specularis & magnetis: partim conuexæ, vt aëtites, Agricola.

Curuitas & rectitudo, differentia figuræ propria est. Lapidem quidam inter Osteocollos à nobis dictos, curui natura inueniuntur, vt & inter Belymnitas siue natura siue iniuria nos latente. Curuo & recto etiam aliqui adscribunt, τὰ ἐλικοειδῆ καὶ κωνοειδῆ καὶ φλοκοειδῆ τῶν χημικῶν: καὶ τὰ ῥιαῦτα ἀπὸ μικτῶ ἔχει τῶ φύσιν δὲ ὀρθῆς καὶ ποδιφε-  
ρῆς, ὡς καὶ οἱ γεωμέτραι φασί, Simplicio teste. Tales autem figuræ tum in alijs quibusdam lapidibus, tum conchis &